## de cura flegmaticae periodicae ex flegmate mucilaginoso et uitreo et aquoso. 93

In cura huius oportet procedere, ut de alijs dictum est, quantum
ad ordinem Canonum. Sed quia hoc flegma ceteris paribus
habetur esse frigidius et grossius: ideo oportet ut fortioribus di-
gestiuis utaris: nam quod in declinatione aliorum iam dolorum quandoque
sunt in hac in principio uel saltem in statu quantumcumque. Si-
militer et solutiua debent esse fortiora ex parte quantitatis et
qualitatis. Dieta autem debet esse grossior in principio, quia
status longinquius, et debet declinare ad calidum et siccum. et
fricationes esse fortiores et longiores: ut de eis dictum est in
cura universali de fe: flegmatica: et in hac quando vinum
plus quam in alijs, sed tamen limphatum, et in vinis vinositate
moderata. Unde in principio competit diaston ex melle rosato
colato, cum aceto simplici et aqua foeniculi: deinde procede ad
acetosum compositum cum aqua foeniculi, Endiviae. deinde ad
sirupos de Eupatorio, et sic semper de debili ad fortem et fortius gra-
dando ut dictum est, et sic sed non de solutiuis, et sic operare
circa confortationem stomachi, epatis etc. Et cura aquosi non
multum differt ab hac, tamen indiget minori caliditate et
siccitate respectu dietae, et minori incisione et subtiliatione
in digestiuis et faciliori pharmaco; ac fricationibus: et non propor-
tionabiliter de alijs. Et ex compositis usualibus digestiuis. Rx.
mellis rosati colati ℥j. acetosi simplicis ℥s. aquae foeniculi, buglossi
ana ℥j.s. Et ex isto transeas ad fortius gradando, Magistralis.
Rx. rad: asparagi, brusci, foeniculi ana ℥j. melissae, buglossi
ana m j. Cinnamomi. anisi, foeniculi ana ℥j. ciceris ℥s. passularum
℥iiij. et cum iiij lb. aquae, fiat decoctio ad consumptionem
medietatis. deinde cum lb j. mellis et ℥iiij. aceti fiat sirupus
in hyeme: in aestate cum zuccaro, et fiat acetosius et
minus, ut videbis: et valet hoc iam digesta materia. Nam
in principio foret minus aptius. Ex magistralibus. Rx.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1220/0191

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG